CURRENDA.

Venerabili Clero Dioecesano, Salutem in Domino!

Nro 1379. Quum tabellae per C. R. Provinciae Nostrae judicia poenalia pro anno 1844. super personis criminibusque inquisitis, confectae, resultatum minime optatum exhibeant: inde colligi potest, Altissima praescripta, pro imminuendo criminum numero emanata, ubivis accurata observate non fuisse. Ideo Excelsum C. R. Gubernium ddto 26. Augusti a. c. Nro 35965. Consistorio huic in fundamento Alti Decreti Aulici ddto 15 Maji a. c. Nro 13043/678 demandare dignatum est, ut Alta Decreta intuitu religiosae populi institutionis, quae omnino efficacissimum contra crimina remedium est, diversis temporibus emanata, ac in specie recentissimum Decretum Guberniale ddto 28. Octobris 1840. Nro 83810. per Consistorium ddto 29. Januarii 1841. Nro 204. notificatum, Clero Curato republicentur, atque in memoria refricentur. Cui Altae inviationi hisce satisfacientes, non possumus non Venerabilem Clerum Nostrum gravissime in Domino commonere atque obtestari, ne pseudopastoribus illis apud Prophetam (Ezechiel. c. XXXIV.) assimiletur, qui seipsos pascunt et non gregem, qui lac comedunt et lana operiuntur, de cetero autem gregem parum curant, quod infirmum est non consolidant, quod aegrotum non sanant, quod confractum non alligant, sed ut potius exemplum boni pastoris, cujus ideam Salvator in Evangelio (Matth. XVIII, 12, 14.) Nobis expressit, imitari contendant, qui nonaginta novem ovibus super monte relictis vadit et quaerit eam, quae perdita est.

Meminerint RR. Curati, quam severum supplicium Dominus nobis sacerdotibus, si impios et sceleratos confratres ad viam virtutis reducere neglexerimus, comminetur, dum apud eundem Prophetam (Ezech. III. 17. 18.) ad quemvis nostrum ita loquitur: „Fili hominis! Speculatorem dedi te domui meae, et audies de ore meo verbum, et annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium: „Morte morieris," non annuntiaveris ei, ut convertatur a via sua impia et vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram."

Caveant itaque RR. D. Curati, ne per oscitantiam suam peccatis populi sui communicent atque mox mentionatam poenam atrocissimam apud strictum judicem Deum incurrant. Invigilent moribus plebis suae, tanquam rationem reddituri pro animabus ejus (ad Hebr. XIII, 17.), singularem curam adhibeant, ut tenella Parochiarum suarum juventus in timore Domini adolescat, omnes vero fideles, suae curae commissos, modo ad captum eorum accommodato edocere ne defatigentur, ut abnegantes impietatem et saecularia desideria sobrie, juste et pie vivere assuefiant in hoc saeculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris Nostri Jesu Christi, qui reddet cuique secundum opera ejus. (ad Tit II, 12. 13.) AR. Decani occasione annuae visitationis, num omnes Parochiarum Rectores hac in parte officio suo sedulo satisfaciant, sollicite inquirant, ac super observatis sinceras relationes Nobis exhibeant, quo obtutu conscientias ipsorum gravissime oneramus.

Premisliae die 10 Septembris 1846.

Nro 1398. Excelsum C. R. Gubernium ddto 22. Augusti 1846. ad Nrum 44497. intimavit huic Consistorio Altissimum Decretum, a Sua Sacra C. R. Majestate quoad quaestionem, a quonam supellex ecclesiastica et paramenta sacra comparari debeant, sub 11. Julii 1846. emanatum, quod in subsequenti Copia per praesentes ad notitiam Cleri dioecesani deducitur:

„Seine k. k. Majeſtät haben aus Anlaß der bezüglich Tyrols vorgekommenen Frage, ob der Patron einer Kirche zur Beiſchaffung einer Kircheneinrichtung verbunden ſei, mit der hierauf erfolgten Allerhöchſten Entſchließung vom 30. Juli 1842. allergnädigſt auszuſprechen geruhet, Allerhöchſt dieſelben fänden ſich durch die dießfällige Verhandlung nicht beſtimmt, eine Vorſchrift über die Verpflichtung des Patrons zur Anſchaffung der Kircheneinrichtungen zu erlaßen. Es habe in dieſer Beziehung bei der bisherigen Uebung zu verbleiben. Uebrigens ſei es der allerhöchſte Wille Seiner Majeſtät, daß auch in den Fällen, in denen das Patronatsrecht dem Staate oder einem öffentlichen Fonde zuſteht, ſich nach demjenigen, was dieſer Uebung entſpricht, benommen werde. Ueber die weiter zur Sprache gekommene Frage wegen der Verpflichtung des Patrons zur Beiſchaffung der Kirchenparemente, haben Seine Majeſtät mit Allerhöchſter Entſchließung vom 11. Juli 1846. allergnädigſt zu beſtimmen geruhet, daß die bezüglich der Kircheneinrichtungen unter dem 30 Juli 1842. erlaßene nicht bloß auf Tyrol beſchränkte Allerhöchſte Entſchließung auch bezüglich der Kirchengeräthe zu gelten habe.

Hievon wird das Konſiſtorium in Folge hohen Hofkanzleidekrets vom 18 Juli 1846. Z. 23720. zur eigenen Wiſſenſchaft und Nachachtung in vorkommenden Fällen in Kenntniß geſetzt."

Premisliae die 16· Septembris 1846.

Nro **1422**. Alto Excelsi C. R. Gubernii Decreto ddto 1. Septembris 1846. Nro 50309. preedisponitur collectio eleemosynae pro incolis die 11. Augusti a. c. conflagrati Oppidi Skałat, Circuli Tarnopoliensis, qui boc infortunio tacti jacturam 47246. florenorum Monetae Conv. passi sunt.

Quam collectionem promovendam Venerabili Clero dioecesano commendamus cum eo, ut quotas collectas ad proximam C. R. Cassam Circularem comportari faciat.

Premisliae die 17. Septembris 1846.

Nro **321**. schol. Indem das Konſiſtorium die Nachweiſung über die zur Unterhaltung einer Taubſtummenſchule zu Przemysl eingelangen und für die Zukunft zugeſicherten milden Beiträge, und über deren Verwendung im Anſchluße ⁄. liefert, findet es ſich angenehm veranlaßt, dem ehrwürdigen Diözeſanklerus für die bisherige Unterſtützung dieſes gemeinnützigen Unternehmens ſeinen Dank auszudrücken; wobei man zugleich die Hoffnung ausſpricht, die ehrwürdige Geiſtlichkeit werde durch ihre weiteren Beiträge auch den Fortbeſtand dieſer wohlthätigen Anſtalt ſichern. Uebrigens dürften ſich auch unter den Laien Beförderer dieſes menſchenfreundlichen Zweckes finden.

In dem verfloßenen Schuljahre 1846 wurden die Vorleſungen über die Unterrichtsmethode der Taubſtummen von 36 Theologie Studierenden beſucht, und zwei taubſtumme Knaben erhielten den entſprechenden Unterricht. Mit Anfang des künftigen Schuljahres beabſichtiget man andere zwei taubſtumme Knaben aufzunehmen, damit, durch die veranſchaulichte Anwendung der Regeln des Taubſtummen-Unterrichts in den verſchiedenen Bildungs-Abſtuffungen der taubſtummen Schüler die Vorträge über die Theorie der Taubſtummen-Unterweiſung den gewünſchten Erfolg um ſo ſicherer erreichen.

Die Herrn Dechante wollen ſich auch ferner; mit der Einſammlung der dießfälligen milden Beiträge befaſſen und ſelbe jedes Jahr längſtens mit Ende Oktober anher einſchicken.

Przemysl den 7. September 1846.

Ausweis

der für die Przemysler Taubſtummenſchule eingelangten und zugeſicherten milden Beiträge und Rechenſchaft über deren Verwendung.

	Sind eingelangt K. M. fl.	kr.	Wurden jährl. zugeſichert K M fl.	kr.
Jahr 1844.				
Herr Czaszyński Franz dazumal Pfarrer in Jasień	100	—	—	—
Herr Filar Adalbert dazumal Kooperator in Jasło	5	—	—	—
Miechociner Dekanat	13	28	—	—
Jahr 1845.				
Przemysler Stadtklerus, worunter das hochw Domkapitel mit jährlichen 20 fl. K. M.	40	30	27	30
Przemysler außerſtädtiſches Dekanat	3	—	2	—
Jaroslauer Dekanat	23	20	1	—
Pruchniker „	2	30	2	30
Mościskaer „	17	—	—	—
Joworower „	8	—	5	30
Samborer „ Der Herr Dechant Ehrendom. Johann Jedliński	5	—	3	—
Drohobyczer „	10	—	7	—
Rymanower „	8	10	—	—
Brzozower „ worunter der Herr Dechant Koczanowicz, mit jährl. 5 fl. K. M.	9	—	12	—
Dobromiler „	4	40	—	—
Liskoer „	8	50	—	—
Rzeszower „	15	—	10	—
Leżajsker „ Der Herr Pfarrer Zellinger in Grodzisko mit „ jährlichen 10 fl. K. M. für das I. Semeſter 1846.	5	—	10	—
Przeworsker „	4	—	4	—
Miechociner „ Der Herr Landdechant Bączyński	1	—	—	—
Głogower „ Der Herr Franz Czaszyński Pfarrer in Głogów	50	—	—	—
Jasloer „	5	30	1	40
Strzyżower „	4	—	2	—
Zmigroder „ worunter der Herr Filar Pfarrer in Bòbrka mit jährl. 5 fl. W. W.	7	—	8	—
Bieczer	11	30	2	10
Summe	361	28	98	20

Hievon wurden beausgabt: für Koſt und Wohnung des einen taubſtummen Knaben für die Zeit vom 1. Juli 1845 bis Ende Juni 1846 — 40 fl. K. M.

Als Zuſchuß für den andern Knaben, für welchen die Aeltern 30 fl. jährl. entrichten, für die Zeit vom 1. Mai 1845 bis Ende April 1846. 10 fl. K. M.

Für die Bekleidung des einen taubſtum. Knaben 10 fl. $14\frac{2}{5}$ kr. K. M.

Zuſammen 60 fl. $14\frac{2}{5}$ kr. KM.

Die Ausgabe dem Empfange entgegengehalten verbleiben 301 fl. $13\frac{3}{5}$ kr. KM.

Hievon wurden in der galiziſchen Sparkaſſe fruchtbringend angelegt:

unterm 13 September 1844 — 100 fl. K. M.
unterm 9 Jänner 1846 — 100 fl. K. M.
unterm 6 Juli 1846 — 100 fl. K. M.

Zuſammen 300 fl. K. M.

Daher verbleibt ein Reſt von 1 fl. $13\frac{3}{5}$ kr. K. M.

Przemyśl den 7. September 1846.

Nro **1489**. Tenore Altissimae resulutionis ddto 13. Septembris 1846. medio Decreti Excelsi Gubernialis Praesidii ddto 17. Septembris 1846. Nro 6437. Nobis intimatae: catholici Parochi, omnes in ambitu Parochiarum suarum a catholicis animarum Curatoribus, in subsidium acatholicorum Pastorum susceptos actus ministeriales baptismorum, copulationum et sepulturarum, quolibet Quartali ope Extractuum metricalium Consistoriis, Consistoria vero Excelso Gubernio pro promotione eorundem ad respectivos Superintendentes, indicare obligantur.

Quapropter Clero curato novam hanc Ordinationem promulgando, omnes Curatores animarum obligantur, ut cum fine cujuslibet Quartalis, ab anno militari 1847. id est 1. Novembris 1846 inchoando, aut praefatos Extractus Officio Decanali anteponant, aut vero nullos in Parochiis singulis similes actus contigisse relationem negativam exhibeant. Jam vero Officium Decanale sua ex parte hoc sub intuitu eodem modo procedet, ac in relationibus de mutatione religionis: nimirum quolibet finito Quartali collectos in quaestione positos Extractus Consistorio Nostro substernet, aut vero nullos in toto Decanatu actus ministeriales in subsidium Pastorum contigisse, relationem negativam exhibebit.

Premisliae die 28. Octobris 1846.

Nro **1785**. Oppidum Szantó in Hungaria Abaujvarensis Comitatus per incendium die 19. Junii 1846 exortum ad incitas redactum est. Excelsum Gebernium ddto 10. Octobris 1846 Nro 58965 in fundamento Altae Aulicae Cancellariae dispositionis collectionem eleemosynae pro incolis dicti oppidi mandavit.

Quosuper Clerus dioecesanus cum eo informatur, ut nefors collectas quotas ad proximam C. R. Cassam Circularem comportari faciat.

Premisliae die 27. Octobris 1846.

Nro **2091**. Alta Praesidiali Ordinatione ddto 27. Novembris 1846. Nro 12414., in fundamento Supremae Cancellariae Aulicae Decreti ddto 10. Novembris Nro 36270. provocati, magnanimam Venerabilis Cleri largitatem denuo appellamus, ut pro consumanda fabrica Ecclesiae catholicae Lipsiae aedificari coeptae, cujus sumtus praeliminaris ad 80000. thaleros computatur, obolum quemdam addere velit. Quotas nefors collectas Officia Decanalia cum fine mensis Januarii 1847. ad Consistorialem Cancellariam comportabunt eo certius, cum circa 15. Februarii 1847. super resultato hujus collectae Excelso C. R. Guberniali Praesidio referre teneamur.

Premisliae die 10. Decembris 1846.

Nro **491**. schol. Seine k. k. Majeſtät haben mit Allerhöchſter Entſchließung vom 26. September 1846. allergnädigſt zu geſtatten geruhet, das der Profeſſor des Handels- und Wechſelrechtes an der Univerſität zu Lemberg Doctor Tuna außerordentliche Vorleſungen über die Zoll- und Staats-Monopols-Ordnung an der Kommerzial-Abtheilung der techniſchen Akademie in Lemberg ertheile. Es werden wöchentlich 2 Vorleſungen über den gedachten Lehrgegenſtand gehalten, und zu dieſen Lehrvorträgen nebſt den Schülern der techniſchen Akademie auch andere Perſonen, insbeſonde Gewerbs- und Handelsleute und jene, welche ſich dem Kameraldienſte widmen, zugelaſſen werden.

Was anmit in Folge hoher Gubernialverordnung ddto 1. Dezember 1846 Z. 67359. zur allenfälligen weiteren Bekanntgebung veröffentlichet wird.

Przemyśl den 16. Dezember 1846.

Nro **2230**. Igne aquarum innundatione, frugum caristia aliisque infortuniis plures Tyroli communitates immensem jacturam passi sunt. Ad sublevandam hanc miseriam collectio eleemosynae in fundamento Alti Gubernialis Decreti ddto 30. Novembris a. c. Nro 69312. cum eo Venerabili Clero injungitur, ut collectae quotae ad respectivas C. R. Cassas Circulares comportentur.

FRANCISCUS XAVERIUS

EPPUS.

Ex Consistorio Eppali rit. lat.
Premisliæ die 31. Decembris 1846.

Adalbertus Dziama.
Cancellarius.